



Schlotter

Vita Joh. Chr. Schlotter
seri

1767

1948 K 1209

116

VITAM
VIRI NOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI
IOHANNIS CHRISTIANI
SCHLOTTERI

SCHOLAE SCHLEIZENSIS RECTORIS
QVONDAM MERITISSIMI
PARENTIS SVI NVNC DESIDERATISSIMI
BREVITER DESCRIPTA

SIMVLQVE

AD

AVDIENDAS BINAS ORATIONES IN AVGVRales

a

RECTOR E

et

CONRECTOR E

PUBLICE RECITANDAS

PER QVAM SVB MISSE, OBSERVANTISSIME ET HUMANISSIME

INVITAT

Christophorus Henricus Schlotter, R.




S C H L E I Z A E

LITTERIS IO. MICH. GODERITSCHII VIDVAE.

1267

14.11.17
JOHANNESCHRISTIANI
SCHLICHTERI
SCHEINDECHIRURGIA
SCHOLARIS
ALBANIENSIS
ACADEMIAE
LEOTORI
CONSECUTORI
PUBLICE REFORMATI
PERMANENTIA
CNSIUS HISTORICUS CHRONICUS
SCHEINDECHIRURGIA
SCHOLARIS





Egregiam prorsus, et publice priuatimque saluberrimam esse operam, quam docti viri in erudienda poliendaue iuuentute collocant, omnes omni tempore prudentiores rectissime iudicauerunt. Cicero sane, peritissimus rerum aestimator: *Quod maius, inquit, meliusue ad rem publicam afferre munus possumus, quam si docemus aut erudimus iuuenturem:* et Philippus Melanchthon, vindex ille et restaurator literarum in Germania maxime strenuus, scholas partem reipublicae utilissimam nominare haud dubitauit. Intellectus enim humanus natura rasaе haud absimilis est tabulae, cui, nisi de Deo rebusque seiu maxime necessariis imprimantur et veluti inscribantur notiones, dic, fides, quid homines inter brutasque pecudes intersit? Et quam peruersae, quaefso, voluntatis sibi relictae sunt inclinations, quantus animorum impetus est ad pessima quaeque perpetrandam, quo haud mitigato et ad meliora flexo in ultimam certe ruunt perniciem homines ad veram sempiternamque conditi felicitatem. In eo vero potissimum publicorum pariter ac priuatorum versatur labor atque diligentia magistrorum, vt fidei

❧ ☰ ☰

suae commissorum intellectum rerum diuinarum humanarumque cognitione im-
buant, voluntatemque ipsorum ad recta quaevis et laudabilia flectant: ad quam
rem efficiendam si omnes ingenii corporisque vires in muneribus ipsis demanda-
tis intendant, multum sane ad gloriam Dei reique felicitatem publicae am-
plificandam non possunt non conferre, bonaque illorum fama vel post mortem ad-
huc in discipulis recte institutis florebit, vigebit.

Maximam aetatis suae partem in formanda iuuentute consumit Vir de
Schola Schleizeni per XLVII annos praeclare meritus IO. CHRISTIANVS
SCHLÖTERVS, pater meus et Collega, dum viueret, optimus coniunctissi-
musque, nunc eheu! desideratissimus, qui Rectoris ludi nostri literariorum obiens mu-
nus sex abhinc mensibus rebus humanis eruptus in beatissimam illam omnibusque
laetitiae affluentem animorum coelestium iedem translatus est. Omnibus beate
defunctorum viribus eo fuisse annisum, ut bonae notae praceptoris partes ex-
pleret, testes sunt, quotquot ex disciplina illius prodierunt Viri de sacra pariter et ciuili re praeclare iam merentes. Contigit enim patri meo nunc εν
αγίοις esse tam felici, ut viuentera, quae nunc sunt, summe et plurimum re-
uerendi Schleizenis, et totius fere, uno tantum alterone excepto, ministerii
in pagis ditioni CELSISSIMI COMITIS nostri adiecis rem diuinam fa-
cientis membra quandam habuerit discipulos, ut multos alios taceam, qui eo
vitio summos in iure et salutari arte adepti honores, grauiissima adhuc ornant
munera. Duraturae itaque memoriae patris mei dum studio consulere, vitam
Eius nunc paucis exponere mihi liceat. Quodsi enim apud Romanos, cultissi-
mum quandam fere omnium populorum, a persona filii non alienum fuit,
parentem mortuum publica oratione laudare, id quod ex M. Marcelli exem-
plo, teste Liuio, patet: nemo certe mihi vertet vitio, si hac scriptura meam
erga patrem immortaliter de me meritum testaram facio pietatem: imo spero,
vel potius plane confido, fore, ut hoc meum institutum iis portissimum probe-
tur, quibus ab ore tam fidelis praceptoris olim pendere licuit.

Lucem vero Is adspexit primam anno P. R. G. MDCLXXXVI de IX
Jan. seu vti mos Quiritum tulit, V. Id: Januar. Ebersgrunii, pago haud pro-
cul ab oppidulo Pausa in Variscis sito. Pater Ipsius contigit, muneric vitaque
sanctitate conspicuus, IOANNES FRIDERICVS IACOBVS SCHLÖT-
TERVS, sacerdos pagi modo nominati, et mater sexus sui virtutibus ornatis-
sima

❧ ❧

sima ANNA IVSTINA HAVENSCHILDA. Auus paternus Ei fuit M. CHRISTIANVS, et proauus M. MARTINVS SCHLOTTERVS, qui ibidem loci functi sunt sacerdotio. Auum ex materno genere veneratus est M. Io. TIMOTHEVM HAVENSCHILDVM, verbi diuini apud Langebacenses paeconem incorruptum, proauum M. SAMVELEM HAVENSCHILDVM, Rectorem de Schola Salfeldensi per decem annos meritissimum, postea sacerdotem Crobizensium et Zimrizenium, in inspectione, vti dici solet, Orlamundensis vigilantisimum. Abaudo stirpis materna gauisus fuit Viro summe reuerendo M. Io. FLADVN GIO, qui primo Professoris eloquentiae munus Heidelbergae in Domo Sapientiae summo cum applausu obiit: postea Antistes sacerorum Salfeldensium, et tandem Superintendentens Orlamundae magnam nominis famam vel ideo reliquit, quod iussu Serenissimi Principis sui cum D. Aegidio Hunnio, et D. Dauidie Rungio, Professoribus Vitembergae tunc temporis longe celeberrimis, colloquio Ratisbonensi, sub initium saeculi superioris habito interfuit. Post acceptum sacri lauaci beneficium, quo altero statim *o managirns* post nativitatem ablutus est die, nihil recta filii educatione sibi prius, nihil antiqui habuerunt parentes salutis filii studiofissimi. Sed nondum sex natus erat annos, cum pater Ipsi et rebus humanis eriperetur, qua morte praematura nihil Ipsi accidere potuisse calamitosus, nisi auus adhuc fuisset in viuis, cui pater moribundus filium suum, quam potuerat maxime, commendauerat. CHRISTIANVS itaque HAVENSCHILDVS cum filio suo, vices paterni muneris tunc gerente, curam beati patris mei recte educandi per quinquennium in se suscepit. Sed iidem viri suasores auctoresque fuerunt matri b. defuncti, vt Schleizam cum filio concederet habitatum, propterea, quod in Schola Schleizensi optima limatioris doctrinae fundamenta capessendi esset occasio. Secuta hoc consilium mater, Schleizam, ex fatali suo incendio paulatim quasi resurgentem, anno MDCXCXCV commigrat, siuumque *Io. Christianum* Cantori et Collegae III Schneidero formandum poliendumque tradit. Hinc a M. Io. Matthia Naundorfio, tum ConRectore dexterimo, et M. Wolfg. Georgio Fendio, Lycei Schleizensis eo tempore moderatore doctissimo, maioribus, scientiae nonsolum humanae, sed etiam diuiniae, copiis exornatus est, indefessoque intra priuatos etiam parietes studio litteris melioribus inuigilauit. Hic mihi temperare non possum, quin, quod saepius Eum commemorare memini, priuatae Ipsius diligentiae specimen publice referam. In intimam adscitus erat familiaritatem trium condiscipulorum

S C C S C C S C C

ingenii morumque cultu perpolitorum, Io. Martini *Alberti*, qui Praefulsi munere apud nos diu et cum laude functus anno huius saeculi L XI I diem supremum obiit, Io. Caspari *Heidelmanni*, quem Potentissimi Sarmatarum Regis et Electoris Saxoniae a consiliis commissionum ante aliquot annos Vitembergae vitam honore et gloria abundantem finisse inter nos constat, et Io. Georgii *Temleri*, Antistitis postea Sacrorum in Saxonia Inferiore celeberrimi, in horum, inquam, cooptatus sodalitatem b. pater meus egregios sane in litteris fecit progressus, et quidem hac ratione: Conuenerat inter hosce litterarum cupidissimos adolescentes vnum alterum auctorem, vti dicitur, clasicum, graecum praesertim, coniuncta opera perlegere: quod vt omni, qua par erat, fieret diligentia, eam inter se tulerant legem, vt qui hoc vel illud vocabulum in libro perlegendi occurrens explicare nesciret, cuius tamen enodandi copia in Lexico suppeditaretur, ei tres numuli argentei multae loco essent soluendi. Quam laudabilem aemulationem ad facultatem profectus ipsi multum profuisse prae se tulit et libere professus est ὁ μαναγίτης. Cipient sibi hinc adolescentes humanitatis dediti studiis, non languide ac frigide, sed cum ardore et magna animi contentione litteras tractandi consilia. Septenni eaque fidelissima institutione praceptorum Scholae Schileizenis, eruditiois laude maxime conspicuorum, studia b. patris mei scholastica fere ad maturitatem erant perducta, vt ad maiores acroases cum fructu animum potuisset appellere; Suas tamen cognitorum suorum quatuor adhuc annos scholam frequentauit Ciesenem, vt eo facilius, a Saxonibus quippe oriundus, beneficii Saxonicae munificentiae fieret particeps. Nec poenituit eum vñquam huius consilii. Duce enim M. *Gleitsmanno*, Rectore prorsus incomparabili, cuius sub moderamine schola Cizensis ad inuidiam vsque floruit, ita in omnibus politioris literatura generibus elaborauit N O S T R E R, optimis vt bene subactum disciplinis animum ad academicas afficeret exercitationes. Recra etiam viuendi ratione incorruptaque obedientia facillime praestantissimi huius praceptoris sui fauorem et benevolentiam sibi conciliavit. His enim verbis Eum vale vltimum dicentem ex sua dimisit disciplina: „*Fauissimis quibusque omnibus et vobis te abeuntem prosequor: nunquam enim mihi tecum in gratiam redire necesse fuit.*“ Quam felices se praedicare possent scholarum magistri, si quam plurimi eiusmodi bonae frugi ipsis contingenter discipuli: et quam feliciter prespereque res suas acturi essent auditores, diligentiae obedientiaeque nulla vñquam facta intermissione! Anno M D C C V I post dies memoriae Christi ab inferis excitati
sacros

S. S.  S. S.

sacros in celeberrimam academiam Ienensem se contulit, fasces magistratus
academicus tunc tenente Magnifico GEORGIO ALBRECHTO HAM-
BERGERO, Professore Physices Ordinario. Hospitio a Professore Elo-
quentiae longe celeberrimo POSNERO exceptus, BVDDEOS, SYR-
BIOS, RVSSIOS, FOERTSCHIOS, TREVNEROS, HAMBER-
GEROS, POSNEROS, DANZIOS, magna omnino nomina, et laude mea
longe maiora sedulus adiit, ab iisque Sanctoris disciplinae, Philosophiae,
Historiae omnisque politioris humanitatis cultum accepit. Sed
vix biennium flagrantissimam Eius discendi scitum expleuerunt fontes
uberrimi, Doctores puto iam nominatos, cum Ipsi ob res domi
angustissimas Athenae Salanae essent relinquendae. Sed munere pri-
uati magistri apud Nobilem quandam de Raab, Dominum in Vuisten-
falke, et postea apud cauponem Zollgrunensem, cui nomen erat Lenzner, us-
que ad annum M D C C X I I functus, Ienam denuo reuersus est, ut telam, quam
inceperat, pertexeret. Nec tamen longius sex mensium spatio ibi commora-
batur, ob exiguum, qui Ipsi erat, neruum rerum gerendarum. Commenda-
tus igitur Illustri et Consultissimo Io. CHRISTOPHORO STEINBERGERO,
CELSISSIMI COMITIS Schleizensis HENRICI XI. immortali laude
dignissimi, quandam ab aulae consiliis, filios Viri huius de urbe nostra egregie
meriti, omnibus, quibus puerilis aetas impertiri debet, discendi adiumentis in-
struxit. Quam cum per sex annos bene administrasset prouinciam, auspiciis
modo laudati CELSISSIMI COMITIS HENRICI XI, anno huius sae-
culi xix tertio Lycei Schleizensis praefectus est ordinis. Omnes hinc cogitati-
ones suas ad id sibi conferendas arbitratus est, ut munere suo dignum se gera-
ret. Quae Ipsi industria indefessusque labor iuuentutem optima, qua fieri po-
terat, ratione instituendi cum innovisset ciuibus et exteris, filios suos Ipsi
fidei credere nulli dubitauerunt, adeo, ut magna semper discentium stipendia
fuerit caterua. Quumque successor Io. Martini Alberti in Conrectoris mune-
re anno M D C C X X I X esset eligendus, COMES pariter CELSISSIMVS
HENRICVS I, HENRICI XI Filius, eo tempore terrarum nostrarum
Dominus longe Indulgentissimus, atque Senatus huius urbis Nobilissimus Am-
plissimusque in patre meo Secundae classi praeficiendo consenserunt, qui etiam
expectationem de se conceptam non modo sustinuit, sed fere superauit. Anno
quidem M D C C X X I V ad Rectoris munus in schola Neostadiensi ad Ororam
obeundum euocabatur; deprecatus tamen est hanc vocationem, qua par erat,
modestia

modestia. Ut vero et Schleiz: e luculentissimum extaret testimonium diligentiae solertiaeque Illius, quam superioribus suis iam per x xv annos fatis probaverat, supremus scholae nostrae gradus Ei anno M D C C X L I I I post praematura Io. Christophori Haynschii fata concessus est. Quam cumulate Rectoris officio satisfecerit, multos habet, eosque locupletissimos testes. Vere de Eo praedicari posse existimo, virum Illum fuisse ad docendum alios non factam, sed natum. Scholastici labores, quos maior pars hominum taedii plenissimos iudicat, ipsi fuerunt iucundissimi; tantumque absuit, ut summa senectus, ad quam singulari Dei gratia fuit prouectus, quae quietis alioquin amantissima est, Eum in munera sui administratione remissorem fecerit, vt potius instruendae iuuentuti pene fuerit immortuus. Omnis enim Ipsius labor tantum fidei suae commissis consecratus erat discipulis: hinc a scribendo libros aliquique rebus, a munere scholastico alienis, prudens abstinuit. Quoties tamen suis publice dicendi fecit copiam, audientiam illis conciliare studuit ita dictis programmatibus, quorum titulos hic afferre non inconsultum duxi. Sunt vero sequentes:

Vita M. Matthiae Naundorfii, Scholae Schleizensis Rectoris quondam meritissimi. Augustanae Confessionis praefantiae nil quicquam officere aduersarium calumnias. De prouida Dei cura in scholis conservandis maxime conspicua. Inuitatio ad iusta funebria CELSISSIMO COMITI AC DOMINO HENRICO I Iunioris Lineae R VTHENO, in Schola Schleizensi soluenda. De vere aureo sub optimis Principibus saeculo. Vota pro salute et incolumitate SERENISSIMI POTENTISSIMI et INVICTISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI DOMINI FRANCISCI I ad imperatorum fastigium euecti. De Gloria Dei, ad quam litteris operantes studia sua possunt ac debent componere. De gloriose ac dulci patris patriae nomine, gloriore principibus ac dulciore ciuibus reddito per natos illis heredes masculos. De scholasticis declamationibus ad Dei gloriam instituendis. De eclectica ratione docendi descendique in scholis publicis linguis. De antiquissimo pariter ac praeclarissimo Germanorum nomine HENRICI. De praefantia finis litterarum studii huic se consecrantibus mature commonstranda. De praeclaro ac reipublicae salutari nomine Tranquilli seu Pacifici, quo HENRICVS IIII, Conservator et Proreator Stirpis Rutheno-Plauensis tam Senioris quam Iunioris Familiarum, ex vero ornatus fuit. De HENRICO VIII Iunioris Lineae R VTHENO.

❧ ♫ ❧

THENO fundatore ConRectoris prouinciae in Schola Schleizensi, deque fin-
gulis eadem hucusque functis praceptoribus. Summorum principum rerumque
dominorum filios heredes pignora salutis publicae recte vocari. De proba iu-
uentutis educatione egregio salutis publicae promouenda adminiculo. Ad me-
moriā saecularem pacis religionis euangelicae confessoribus munere diuino Au-
gustae Vindelicorum Anno M D L V datae in Schola Schleizensi pie M D C C L V
recolendam, iuitatio. De votis Romanorum decennalibus. De Supplicationi-
bus Romanorum tam tristibus, quam laetis.

Non vero doctum indefessumque tantum se praebuit magistrum b. pa-
rens; sed etiam verae et haud fucatae pietatis studiosissimum. Publice priua-
timque diuinis legibus obtemperando verum Deo cultum praestare semper an-
nisiis est, auditoribusque suis ad idem faciendum facem praetulit. Nullum
abire diem passus est sine meditatione verbi diuini, in quo omnis verae sapien-
tiae thesauros reconditos esse haud ignorauit. Aequa semper fuit mente et
forte sua contentus: minime contentiosus, grauis nemini. Cum collegis suis
amantisssime coniunctissimeque vixit, morumque mansuetudine et facilitate
summorum pariter atque inferioris fortis hominum amorem sibi conciliavit.
Quantum valuerit gratia apud ILLVSTRISSIMVM patriae nostrarē P A-
TREM, HENRICVM XII, hoc, praeter reliqua, arguento erit eu-
dientissimo, quod hic Clementissimus M VSAGE TA noster ultimum Eius
diem natalem, solemni ritu, per vnum ex generosis aulae proceribus, fau-
stum Ipsi felicemque esse iusserit. Quam suam beniuolentiam erga b. Re-
ctorem, urbis quoque nostrae Optimates, interque illos praecipue Illustris
Doctissimusque ab aula nostrae consilii BRETSCHNEIDERVS, ty-
pis impresta eaque elegantissima cordarissimaque gratulatione, abunde te-
stati sunt. Quem inexpectatum plane honorem nonsolum beatus parens
gratus agnouit, sed ii quoque, ad quos fama Illius fortunaeque nunc spe-
ctant, longe gratissimi nunquam non agnoscent.

Supereft, vt ad reliqua vitae momenta, et extrema b. Rectoris ve-
niamus. Ab vxoris ducendae consilio non abhorruit, propterea, quod
dulci coniugio grauissimos munera sui labores aliqua ex parte leuatum iri-

)(arbitratus



J.S. S. J.S.

arbitratus est. Iunxit itaque sibi matrimonio A. O. R M D C C X X I S V-
S A N N A M E L I S A B E T H A M , Gabrielis M V E L L E R I , sacerdotis incor-
rupti apud Dreitschenses filiam , quam Christianus APPENFELDERVS ,
sacerdotio Stelzendorfensi pie riteque functus viduam reliquerat. Ex hac
recti exempli coniuge vnicam filiam C H R I S T I A N A M E L I S A B E T H A M ,
quatuorque suscepit filios , I O H A N N E M G O T T L O B , praetorem pagi
Ziegenruccensis , Logographumque eius oppiduli : me , C H R I S T O P H O-
R V M H E N R I C U M , ConRectoris prouincia per x v , et quod excurrit,
annos functum , nunc vero beati parentis in Rectura scholae successorem
clementissime benignissimeque vocatum : I o . C H R I S T I A N U M , quem
praematura morte eruptum composuit , et I o . G A B R I E L E M , Theologiae
Candidatum , Gustrovii generosae iuuentuti formandae adhuc operam nauan-
tem. Vnicae vero Filiae adulta aetate extinctae , vxorisque suae , quatu-
or ante Eum annos defunctae , aegerrime tulit desiderium.

Quietam licet honorificamque ageret senectutem ; extremum tamen
vitae terminum plenus spe vitae melioris expectabat. Sensim appropinqua-
bat ultima rerum linea mors , quam sex hebdomadas ante Eius digressum
ex hac mortalitate dolores acutissimi ex oedemate pedis sinistri orti praen-
unciabant. Quibus auctis in suo se continere museo coactus est ; per in-
tegrum tamen adhuc mensem corrigendis poliendisque discipulorum suorum
elaborationibus , operam tremula manu impendit. Accidente vero mara-
mo , vti artis medicae peritis dicitur , senili , omnis curandi pedis spes
euauuit. Animo hinc bene ad decadendum composito supremi Nuninis
arbitrio se totum permisit , corpore et sanguine Optimi Seruatoris se recre-
auit , discipulis ad lectrum Ipsius feralem congregatis paterneque admonitis
ultimo vale dixit , et morte somno simillima d. x x i v Iulii , post V vesper-
tini temporis horam , inter preces suorum et lacrymas , expleto supra annos
I x x s femestrī , ad vitam transit , laborum , molestiarum , aerumnarumque
plane expertem , omnibus contra bonis , quae ne cogitando quidem aſ-
qui possumus , refertissimam.

Mihi certe tam cari et venerabilis quandam patris imago semper an-
te oculos versabitur , inque eo totus ero , vt paternarum virtutum ex aſſe-
ſiam



fiām heres. Indefessum in primis Eius de schola nostra bene merendi studium exemplar mihi erit dignissimum, quod in noui muneris mei ratione, diuino fultus auxilio, summa diligentia exprimere annitar.

Factum enim est nutu supremi rerum omnium Moderatoris, vt a spiciis clementissimis CELSISSIMI COMITIS ac DOMINI NOSTRI HENRICI XII, PATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMI, consenteiente NOBILISSIMO, AMPLISSIMO PRUDENTISSIMO que huius vrbis SENATV, successore vita digressi Patris mei sim vocatus, cuius vestigia eo accuratius mihi persequenda esse intelligo, quo religiosius Eum omnes muneris sui partes expleuisse, constat. Cras itaque, quod Deus felix faustumque esse iubeat, demandatam Rectoris prouinciam oratione suscipiam, qua viam ad solidam perueniendi eruditionem nostra aetate plannissimam esse, demonstrabo. Quod vbi fecero in suggestu me excipiet Nobilissimus Doctissimusque Io. FRIDERICVS WALZIVS, nouus Corrector, Schleiza oriundus, qui per binos annos in Paedagogio Regio Halae Saxonum praceptoris munere multa cum scientiae assiduitatisque suae laude functus est: quem, vt quondam optimae notae discipulum me habere laetus recordor; ita coniunctissimum Collegam amicumque integerum Eum futurum, non tam spero, quam certe confido. Commendabit vero noui muneris sui initia oratione *de fructu, qui percipitur ex lectione poëtarum latinorum.*

Cui actui solemi vt IPSI COMITES ac DOMINI NOSTRI INDVLGENTISSIMI CLEMENTISSIMIQVE, vniuersi AVLAE et VRBIS PROCERES, GENEROSA STIRPE MVNERVMQVE GRAVITATE INSIGNES, SVMME VENERABILES INSPECTORES, NOBILISSIMVS AMPLISSIMVS Sque SENATVS, scholae PATRONVS, et caeteri Musarum nostrarum FAVTORES et AMICI, si per grauiora fieri licuerit negotia, gratiissima honorificaque praesentia sua gloriam decusque concilient, omni, qua par est veneratione, obseruantia atque humanitate rogamus. P. P.

Schleizae d. xxv Ian. M D C G L X V I I .

... illi. Et quod non solum pax sed etiam eternitatem habet. Quia non
poterat nisi per misericordiam dei. Et hoc est quod dicitur in libro prophetarum. Et
quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum.
... illi. Et quod non solum pax sed etiam eternitatem habet. Quia non
poterat nisi per misericordiam dei. Et hoc est quod dicitur in libro prophetarum. Et
quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum.
... illi. Et quod non solum pax sed etiam eternitatem habet. Quia non
poterat nisi per misericordiam dei. Et hoc est quod dicitur in libro prophetarum. Et
quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum.
... illi. Et quod non solum pax sed etiam eternitatem habet. Quia non
poterat nisi per misericordiam dei. Et hoc est quod dicitur in libro prophetarum. Et
quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum.

... illi. Et quod non solum pax sed etiam eternitatem habet. Quia non
poterat nisi per misericordiam dei. Et hoc est quod dicitur in libro prophetarum. Et
quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum.
... illi. Et quod non solum pax sed etiam eternitatem habet. Quia non
poterat nisi per misericordiam dei. Et hoc est quod dicitur in libro prophetarum. Et
quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum.
... illi. Et quod non solum pax sed etiam eternitatem habet. Quia non
poterat nisi per misericordiam dei. Et hoc est quod dicitur in libro prophetarum. Et
quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum. Et quod dicitur in libro prophetarum.

Jan. 22 1915

CK

ULB Halle

007 521 60X


3



Paul Diener

Halle S. Fleischmarkt

B.I.G.



1948 K 1209
216

VITAM
VIRI NOBILISSIMI ATQUE DOCTISSIMI
**IOHANNIS CHRISTIANI
SCHLOTTERI**
SCHOLAE SCHLEIZENSIS RECTORIS
QVONDAM MERITISSIMI
PARENTIS SVI NVNC DESIDERATISSIMI
REVITER DESCRIPTUS
SIMVLQVE
AD
AVDIENDAS BINAS ORATIONES IN AVGVRALES
a
RECTORE
et
CONRECTOR
PVBLICE RECITANDAS
PER QVAM SUBMISSE, OBSERVANTISSIME ET HUMANISSIME
INVITAT
Christophorus Henricus Schlotter, R.

SCHLEIZAE
LITTERIS IO. MICH. GODERITSCHII VIDVAE.
1767

